AUTHOR:

WESSEL, PAUL

TITLE:

QUAESTIONES SOPHOCLEAE

PLACE:

MERSEBURG

DATE:

[1870]

Master Negative #

92-80479-25

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88SE
Z8 Wessel, Paul,
v.4 ...Quaestiones Sophocleae... Merseburg, Hottenroth, [1870].
23 p. 22 cm.

At head of title: Jahrebericht über das Domgymnasium zu Merseburg...1870.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm
REDUCTION RATIO: 13½X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 3/12/92
INITIALS TM
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

Centimeter

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm

1 2 3 4 5

Inches

1.0 4.5 2.8 2.5 5.0 5.6 3.2 2.2 6.3 3.6 7.1 4.0 2.0 1.1 1.8 1.25 1.4 1.6

JAHRESBERICHT

ÜBER DAS

DOMGYMNASIUM ZU MERSEBURG

WOMIT

ZUM OSTEREXAMEN MDCCCLXX

ERGEBENST EINLADET

Dr. SCHEELE,

RECTOR UND PROFESSOR.

INHALT.

MERSEBURG,

HOTTENROTH & SCHNEIDER.

I, Quaestiones Sophocleae,

II, Grundsätze zur regelung unserer deutschen orthographie

von

Dr. P. Wessel.

Qui nunc in Sophocle curam operamque collocaturus est, interpretationum acervo coniectura coniecturae quasi undae unda superveniente paene obruitur. quis est enim locus corruptus, cuius sanatio iam non sit sexcenties temptata, quis chorus, cui non aliquae maculae nimia saepe sagacitate aspersae sint, quae omnino fabula, in qua non ita limatum sit ac ciselatum, ut, quidquid falsi et subditicii hominibus doctis exploratum est si excutias et elimines, fere coalitura sit ad dimidium? Qua re summo iure succensens vir doctus paucis annis ante scripsit lepidissime, olim quidem apud Chattos, ut quis primum adolevisset, crinem eum barbamque submisisse neque nisi hoste caeso votivum obligatumque virtuti oris habitum exuisse seque tum demum pretia nascendi rettulisse dignumque patria ac parentibus existimavisse, hodie contra vel imberbes, si aliquot versiculos veterum poetarum trucidassent, votum solvisse tirociniumque posuisse iudicari et doctis fortibusque viris adscribi. Profecto summum tempus est, artem criticam in hac via subsistere atque ne in hominum litteratorum omnium sanorumque ludibrium vertatur, in veram rationem redire. Duae potissimum mihi videntur esse causae, quae interpretes in falsum traducant: altera est furor quidam, quo impellantur aliquid conicere et vel id quod per se plane aptum est et bonum, si levi litterarum mutatione aliter explicari possit, in suas voluntates moderari. ex quo fit, ut, quod tradita vera lectio veris rationibus reici non potest, coniectura tamen aliqua ratione indiget, ratiunculis tenuissimis infestetur traditio, sive poetae verba persecantur anatomici cultro, sive interpretis animo ac sensui non placent, sive nova metri et grammaticae usque tum ignota praecepta admirabili quadam fiducia proponuntur. altera vero causa in eo posita est, ut, ubi re vera corruptio verborum exstat, locus depravatus ita animum occupet ac vinciat, ut quae et ante et postea leguntur sententiae, eis obiter perpensis satis factum esse videatur, si voculae claudicantis sententiae inter se congruentes et intellectu faciles redduntur. Sed quid iuvat hoc, si cum toto pugnant sententiarum nexu?

Quodsi equidem ausus sum nonnullos Sophoclis locos tractare, ut haec vitia evitem id mihi maxime erit enitendum.

Initio Oedipi Colonei Antigona a patre interrogata num sciat quo loco constiterint ipsa regionis nescia pollicetur, si patri placeat, locum quis sit se exquisituram esse. ad quae Oedipus respondet v. 26 (ed. Schneidevin.)

ναί, τέκνον, εἴπερ ἔστι γ'ἐξοικήσιμος

quibus in verbis Brunckius *γέ* particulam quam ante *ἔστι* posuit, quid hic significaret, intellexisse non videtur. Oedipus enim, cui Antigona locum, quo versabantur, ut sacrum et divinum v. 16 etc. descripserat, inhabitatum eum esse facile credere poterat et filiae interroganti num percontatum ire deberet, respondere: i et percontare qui locus sit, 'si tamen habitatus est', ut recte Meinekius vertit. Ad quae pergit Antigona: est vero habitatus. *οἴομαι δὲ δεῖν οὐδέν* (scil: *ἐμὲ μαθεῖν μολοῦσαν*) · *πέλας γὰρ ἄνδρα νῷν ὁρῶ.* qui duo versus adhuc intemerati offenderunt cum Meinekium tum vero maxime Nauckium. illum quidem propterea, quod num ad *οἴομαι δὲ δεῖν οὐδέν* scholiastae explicatio, quae est *ἐλθοῦσαν ἐρωτῆσαί με,* recte fieri possit, vehementer dubitat. quod ipse proposuit '*οἴομαι δὲ δεῖν οὐδὲν ποιεῖν. πέλας γὰρ τόνδ'* (vel *νῷν*) *ὁρῶ*', est ut plurima hominis doctissimi et ingeniosi per se plane aptum, sed paulo audacius ac minime necessarium. verba enim ea quae supra addidi, supplenda esse mihi apparere videtur nec ulla causa adesse, cur lectionem traditam mutemus. Causae vero, quibus Nauckius ductus loci interpolationem plane indubiam esse putat, vix intellegi possunt. ait enim '*οἴομαι δὲ οὐδέν* sind in ihrer jetzigen stellung unbestimmt und für den zusammenhang nur störend. namentlich ist *δέ* unpassend, und das schwache *οἴομαι* streitet mit der bestimmtheit der voraufgehenden worte.' equidem nescio quibus verbis *οἴομαι* refragari videatur. 'Auch *τόνδε* ist ungeschickt. Antigona sieht e i n e n, aber nicht d i e s e n mann herankommen.' quasi vero vertendum sit 'denn nahe sehe ich diesen mann'. *ὅδε* locum significare usitatissimum est et paucis versibus post cognoscendum v. 32: *ὡς ἀνὴρ ὅδε* 'denn der mann ist h i e r'. *ὅδε* positum est talibus locis pro adverbio, si placet, *ὧδε,* quod apud Sophoclem locali significatione usurpatum esse mihi plane constat, atque substantivi formae assimilatum. cf. quae infra de attractione vel potius assimilatione disserui. Eadem ratione explico *τόνδε* v. 59:

οἱ δὲ πλησίοι γύαι
τόνδ' ἱππότην Κολωνὸν εὔχονται σφίσιν
ἀρχηγὸν εἶναι

vicina arva gloriantur sibi 'hic' esse Colonum praesidem. Neque enim recte Reisigius cum Doederlino *τόνδε* eo interpretatur, quod statuam herois illius in scena positam fuisse dicit, quae per *τόνδε* demonstretur. 'Ac cogitari potest', ait Godofredus Hermannus, 'nec inepte id monstrabatur, cum caeco Oedipodi tamen filia adstaret. at non apparet, quid opus statua fuerit, cuius nullus in fabula usus est.' Nimis enim recentiores interpretes in veterum fabularum explicatione iudicia referunt ad nostram scenam nostrosque ludos scenicos, qui tanto ornamento abundant tantisque a re ipsa minime desideratis instructi sunt lenociniis, ut qui primum fabulam in scenam prodeuntem videt, huius additamenti intuitione et obtutu infixus rem teneat vix dimidiatam, cum veteres tanta simplicitate uterentur, ut quae non prorsus necessaria erant, contemnenda ac neglegenda existimarent.

Virum igitur Coloniatem prope accedentem videns Antigona Oedipum invitat, ut ipse quae velit ex eo sciscitari, exploret. id quod verbis his facit v. 33 et q. s.:

ὦ Ξεῖν', ἀκούων τῆςδε τῆς ὑπέρ τ' ἐμοῦ
αὑτῆς θ' ὁρώσης οὕνεχ' ἡμιν αἴσιος
σκοπὸς προςήκεις ὧν ἀδηλοῦμεν φράσαι

quibus in versibus illud *αἴσιος σκοπός* non recte explicatum esse videtur. Rectissime Hermannus Bonitz, homo de Sophoclis interpretatione meritissimus, in scriptis quae inscribuntur 'beiträge zur erklärung des Sophocles' tom. I, p. 70 Reisigii parum aptam explicationem, a Schneidevino receptam refellit hanc '*σκοπός* vocatur, non quo publice hoc munus speculandi ei demandatum fuerit, sed quia fortuito observaverat et primus animadverterat.' ipse probavit Helleri, quae est 'significat eum unde aliquid tam accurate quam e speculatore rescisci possit'. Also, pergit B., heisst er allerdings *σκοπός*, weil er etwas schaut oder geschaut hat, nur nicht gerade den Oedipus und die Antigone, sondern die Gegend. Profiteor equidem etiam hanc explicationem mihi satisfacere non posse, praesertim cum comparem versum 297, ubi chorus Oedipo ubi rex sit exquirenti respondet:

πατρῷον ἄστυ γῆς ἔχει · σκοπὸς δέ νιν
ὃς κἀμὲ δεῦρ' ἔπεμψεν, οἴχεται στελῶν.

σκοπός enim hic de eo, qui possit veluti speculator explorari, intellegi non potest, sed simpliciter significare videtur nuntium, qui et chorum advocaverat et nunc etiam advocat Theseum. Sane quidem *σκοπός* hac significatione non invenitur, sed qui verborum significationum transformationes observaverit, is *σκοπός* in illam significationem transire potuisse ex multis similitudinibus cognoscet. Pervulgatum enim est, eam notionem, quae maximi momenti est, in vocabulo evanescere et secundariam efferri. In Herodoti verbis I, 50: '*μετὰ δὲ ταῦτα θυσίῃσι μεγαλῃσι τὸν ἐν Δελφοῖσι θεὸν ἱλάσκετο*' *ἱλάσκεσθαι* verbi notio primaria irae, qua sedata demum reconciliatio esse potest, omissa est atque attenuata ac secundaria conciliandi et propitium faciendi aliquem remansit. Eodem modo usurpatum est vocabulum latinum quod est placare cf. Lucret. V, 934 et seq.

quod sol atque imbres dederant, quod terra crearat,
sponte sua satis id placabat pectora donum.

Eadem ratione in *προκόπτειν* vocabulo cudendi primaria notione saepissime reiecta nihil aliud nisi extendendi, augendi, iuvandi significatio apparet. Alia exempla plane supervacua sunt. *σκοπός* igitur proprie is est, qui spectat, observat, curat, custodit cf. Il. 23, 350, Odyss. 22, 396, ubi *σκοπός* custos, curator est. deinde significat eum, qui mittitur aliquo observandi, explorandi causa, igitur in exploratoris, speculatoris sententiam transit. quid igitur? si explorandi notione abiecta hic *σκοπός* sola nuntii notione usurpatum esset? *σκοπὸς αἴσιος* esset tum id quod nos dicimus 'wie ein bote vom Himmel gesandt' de eo qui derepente et inopinato, sed exoptatissime advenit.

Hic igitur Coloniates Oedipo v. 53 etc. exponit, qui locus sit, quorum deorum sacer, cui cognominis, peroratque affirmationibus his, ut solent homines de plebe, se profecto vera dixisse neque verbis exaggerasse, contra rem paene esse maiorem dictis v. 62, 63:

τοιαῦτά σοι ταῦτ' ἔστιν, ὦ Ξέν', οὐ λόγοις
τιμώμεν', ἀλλὰ τῇ Ξυνουσίᾳ πλέω.

Hanc talis viri ingenio plane consentaneam et verbis traditis si *πλέω*, quod iam Suidas scripsit, mutes ex *πλέον,* respondentem seutentiam hominibus doctis adhuc in mentem non venisse admodum miror. Igitur *λόγοι* non sunt sermones hominum, sed verba hospitis ipsius, minimeque *Ξυνουσίᾳ* de incolis regionis intellegendum est. *λόγοι* h. e. verba fabula-

tionesque *Ξυνουσίᾳ* rei factoque opponuntur. *Ξυνουσίᾳ* ut *ἔργῳ* usurpatum esse exemplis sane quidem demonstrari non potest, aliquam certe probabilitatis speciem praebet *οὐσία* et *ὄντως* formarum usus.

Coloniates cum Oedipo ut loco sancto inaccessoque recedat, non possit persuadere, pagi senes arcessit, qui vitae immunitate et integritate promissa tandem ab eo id impetrant atque quatenus pedes referre debeat e loco, v. 192 definiunt:

αὐτοῦ, μηκέτι τοῦδ' ἀντιπέτρου βήματος ἔξω πόδα κλίνης

quae verba Brunckius scholiastae interpretationem sequens qui dicit: '*ἀντιπέτρου. τοῦ ἴσου πέτρου βήματος τοῦ κατ' ἴσον βεβηκότος τῷ πέτρῳ ὅπερ ἄνω εἶπε χαλκοῦν οὐδόν. τοῦτον δὲ πέτρον ὑποτίθεται τοῦ ἀβάτου ὅριον*' vertit 'nec ultra hoc limen amplius pedem promove.' At verba insequentia, maxime Oedipi interrogatio *ἕσθῶ;* et chori responsio haec:

λέχριός γ' ἐπ' ἄκρου
λάου βραχὺς ὀκλάσας

aliam interpretationem sumere cogunt. *βῆμα* est locus elatus et *βῆμα ἀντίπετρον* id quod dicimus 'felsenvorsprung, felsenartige erhöhung', ultra quod Oedipus pedem promovere vetatur, quia aptum videtur, in quo considat senex infirmus. Propterea igitur interrogat Oedipus *ἕσθῶ;* quae interrogatio, si *βῆμα* de via intellegeretur, omni sensu careret. idcirco respondere potest chorus 'lente te inclinans *ἐπ' ἄκρου λάου*' in extremum saxum' h. e. eundem ipsum scopulum, qui supra dicebatur *ἀντίπετρον βῆμα*. Sic sententiae inter se cohaerent. *βραχύς* vero mihi esse videtur neque, ut Hermanno placet, de loci humilitate neque, ut Reisigius et Brunckius sibi volunt, de loci altitudine ea, ut pedes leviter flexi intellegantur, accipiendum, sed de tempore ita, ut positum sit pro adverbio *βραχέως* vel enuntiatione adverbiali *κατὰ βραχύ*, de quo cf. Thucyd. IV, 96: *τὸ δὲ δεξιόν, ᾗ οἱ Θηβαῖοι ἦσαν ἐκράτει τῶν Ἀθηναίων καὶ ὠσάμενοι κατὰ βραχὺ τὸ πρῶτον ἐπηκολούθουν.* vertendum hic igitur est *βραχύς* 'sensim, paulatim.' denique de *ἀντίπετρος* dubitatum est, num 'saxi similis' verti possit. Schneidevinus quidem censens *ἀντίπετρος* nihil aliud esse nisi 'die stelle eines felsens vertretend' cum Musgravio coniecit *αὐτοπέτρου*, Nauckius *ἀντιπέραν* proposuit. Sed nihil mutandum est. an vero *ἀντίθεος* Homericum solummodo 'die stelle eines gottes vertretend' vertendum est, non 'deorum similis'? cf. Soph. fragm. 268 *ἀντίπλαστος* h. e. formatus ita ut aliqua alia res h. e. similis.

Quamvis igitur senes Oedipum in terra commorari posse affirmaverint, tamen Oedipi nomine nefando audito ita perterriti sunt, ut ex terra eum protinus se abripere iubeant. Id ne fiat Antigona verbis blandissimis chori clementiam implorat v. 241:

ἀλλ' ἐμὲ τὰν μελέαν, ἱκετεύομεν
ὦ Ξένοι, οἰκτείραθ', ἃ
πατρὸς ὑπὲρ τοῦ μόνου ἄντομαι

'at saltem infelicem me miseramini, quae pro patre solo supplico'. in quo illud *μόνου* recte addubitatum est ab interpretibus, si quidem vertas 'solo'. alia vero interpretatio mihi incidit, quam sane quidem exemplis probare non possum. Sicut enim nostrum 'einzig' et latinum

'unicus' ea sententia qua einzig geliebt' usu venit, sic *μόνος* hic ita acceptum bonam sententiam praebeat. 'miseramini me miseram, quae pro unico patre precor.'

Oedipus ipse tum chorum ut promissis stet, admonet. scelestum se non esse exponit, nam inscium ac praeterea lacessitum commisisse facinus.

275: *ἀνθ' ὧν ἱκνοῦμαι, πρὸς θεῶν, ὑμᾶς, Ξένοι*
ὥςπερ με κἀνεστήσαθ', ὧδε σώσατε
καὶ μή, θεοὺς τιμῶντες, εἶτα τοὺς θεοὺς
μοίραις ποιεῖσθε, μηδαμῶς.

'propterea ut me excitastis e priore sede scil: affirmando salutem, sic etiam me servate' neque vero est *ἀνεστήσατε* erexistis, solati estis, ut Bothius et Wunderus censent. id quod docetur clarissime v. 284. 85., qui eandem sententiam recipiunt

ἀλλ' ὥςπερ ἔλαβες τὸν ἱκέτην ἐχέγγυον
ῥύου με κἀκφύλασσε

Ac cavete, pergit poeta, deos verentes deos despiciatis. *μοίραις* traditum falsum esse satis superque demonstratum eiusque sanatio coniecturis permultis temptata est, quarum tamen nulla esse videtur, quae veram lectionem suppeditet. sententia, quod maximi momenti est, clare apparet. talibus locis de singulis vocabulis, quae inveniri, credo, non possint, non debebat amplius conici et disputari. Ad *τοὺς θεούς* v. 277 adnectitur v. 282:

Ξὺν οἷς σὺ μὴ κάλυπτε τὰς εὐδαίμονας
ἔργοις Ἀθήνας ἀνοσίοις ὑπηρετῶν

deos contemnens ne etiam Athenas felices obscuraveris', quarum fortuna et gloria in deorum cultu et honore posita erat. quae urbs ab Oedipo ipso v. 260 *θεοσεβεστάτη* dicta erat. sententia mihi esse videtur clara rectaque. homines docti tamen fere in quoque verbo haerent et aliquid addubitant. quid est enim, quod non sit addubitatum in Sophocle? quin etiam *εὐδαίμονας*, quia de opulentia non agatur, ab homine docto quodam mutatur in *αἰδαίμονας*. omnium vero maxime vexavit interpretes illud *ξὺν οἷς*. Dindorfius enim, quem Wunderus etiam in quarta editione sequitur, *σὺν θεοῖς* per communem Graecorum usum nihil aliud quam diis faventibus vel adiuvantibus significare posse censens deleto *βροτῶν* (v. 281) Sophoclem scripsisse coniecit *τόδ' οὖν ξυνεὶς σὺ μὴ κάλυπτε.* Hermannus contra *ξὺν οἷς* retinens ait de omnibus dici posse quae concessu deorum seu bona seu mala fiant. Fac, ita esse qualis sententia nostro loco evadit? 'deorum concessu ne obscuraveris Athenarum gloriam'. pati deos et bona et mala naturae consentaneum est, sin minus, omnino non essent. loci quoque, quos Hermannus affert ad sententiam suam fulciendam, minime mihi apti esse videntur, veluti Aiac. v. 383, ubi chorus Aiacem in Ulixem acerrimis verbis invehentem monet, ut omnis sors divina quaedam et diis debita sit ab iisque et res secundae et adversae pendeant:

ξὺν τῷ θεῷ πᾶς καὶ γελᾷ κὠδύρεται

h. e. diis volentibus unusquisque et ridet et queritur. in quo potius in Dindorfii interpretationem feraris quam Hermanni. Sed nequaquam intellegere possum, cur illud *ξὺν θεοῖς* vel *θεῷ* semper eadem ratione usurpatum esse dicatur. Alio enim loco Hermanni, Oed. reg. v. 145. 46:

ἢ γὰρ εὐτυχεῖς
σὺν τῷ θεῷ φανούμεθ' ἢ πεπτωκότες

'aut felices erimus aut peribimus cum deo' h. e. in omnibus rebus deo obsequentes, neque diis faventibus neque concessu deorum recte se haberet. Nostro igitur loco **ξὺν θεοῖς Ἀθήνας καλύπτειν** vertendum esse videtur 'simul cum diis Athenarum splendorem gloriamque obscurare' h. e., ut supra interpretatus sum 'deos contemnens.' **καλύπτειν** minus apte coniungitur cum **θεοί** quam cum **Ἀθῆναι.** est tamen hoc non insolens genus dicendi, ut verbum quod referatur ad duo substantiva, alteri parum accomodatum sit.

Oedipi oratione choro tandem tanta religio incutitur, ut recedat ab iussis Theseoque regi rem diiudicandam permissurus sit. Is dum arcessitur, Ismenae adventu et nuntiis res multo intenduntur. Thebis enim Polynices ab Eteocle fratre regno privatus ac patria pulsus Argis affinitatem sociosque sibi comparavit, quorum opera recuperaturus est Thebas, quod consilium sic v. 380. 81. expressum est:

ὡς αὐτίκ' Ἄργος ἢ τὸ Καδμείων πέδον
τιμῇ καθέξων ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν

quae verba ut intellegerentur, **καθέξων** a Brunckio mutatum est in **καθέξον,** quo recepto Hermannus locum explicat 'Argis aut de Thebanis gloriam reportaturis ant eos aucturis gloria'. Sed de qua re tandem agitur? an de gloria Argorum aut Thebarum? credo, de regno Polynicis recuperando. Paene ridiculo modo Wunderus explicat '**Ἀργείων αὐτίκα ἢ νικησόντων τοὺς Θηβαίους ἢ ἡττηθησομένων ὑπ' αὐτῶν.** alteruter sane quidem vincere debet. Particulas disiunctivas ἤ—ἤ locum hic habere non posse, iudicavit Brunckius ac mutavit prius ἤ in **δή** et posterius in **καί.** '**ὡς δή** tamquam, scilicet, sensu ironico. **καὶ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν,** nempe **αὐτόν, τὸν Πολυνίκη**' explicat et vertit: Polynices ratus Argos ultionem suam suscipientes Cadmi solum continuo occupaturos seque ab illis ad astra sublatum iri. At, quaeso, Polynicis gloria tam ingens erit, si Argos, non ipse res gesserit? Polynices Argos profectus socios sibi coniunxit, ut cum eis et per eos, opinor, Thebas expugnaret ipse. Quodsi illud ipse scribimus, ut falsas interpretationes refellamus, poetam id fecisse minime putamus neque cum Nauckio **Ἄργος** in **αὐτός** mutandum censemus. nam Polynicem quidem res perficere, ita naturae reique consentaneum est, ut id premi non possit. Idem iudicavit Meinekius suspicaturque poetam scripsisse '**ὡς αὐτίκ' Ἀργόθεν τὸ Καδμείων πέδον αἰχμῇ καθέξων ἢ πρὸς οὐρανὸν βιβῶν** utpote Thebanos statim bello victurus aut (si ipse inferior evaserit vel in pugna occubuerit) eorum gloriam ad caelum usque evecturus. **Ἀργόθεν** est quod nos dicimus von Argos aus ex Argis eorumque auxilio sustentatus.' in quo quam mihi langueat illud **Ἀργόθεν,** vix dicere possum. Repraesentemus iterum animis res, quae aguntur. Polynices ulciscendi cupiditate incensus sociis conciliatis adversus Thebas proficiscitur ratus (**ὡς**) illas aut occupandas esse aut — ornandas gloria. Haec Sophoclem non scripsisse, mihi quidem elucet. Optimum esse videtur sententiam probabilem investigantem videre, quid poetae aut Sophocles ipse scripserit, ubi similia describunt. Atque in Aeschyl. Sept. c. Theb. 46 septem illi, qui adversus Thebas expeditionem coniunxerant, in iisque Polynices iuraverant:

ἢ πόλει κατασκαφὰς
θέντες λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ
ἢ γῆν θανόντες τήνδε φυράσειν φόνῳ

et in nostra fabula 1306. 7. Sophocles Polynicem ipsum profitentem facit, se expeditionem coegisse ut aut moreretur aut adversarios ulcisceretur

ὅπως . . . . ἢ θάνοιμι πανδίκως
ἢ τοὺς τάδ' ἐκπράξαντας ἐκβάλοιμι γῆς.

Nonne credendum nobis est, hanc sententiam tam aptam, quasi sponte se offerentem, in eadem re ab aliis poetis et ab Sophocle ipso adhibitam, etiam nostro loco solam rectam stare? Singula nimirum verba poetae invenisse mihi non assumo. attamen propono, profiteor, paulo audaciorem coniecturam

ξυνασπιστὰς φίλους
οἷς αὐτίκ' ἔρχετ' ἢ τὸ Καδμείων πέδον
τιμῇ καθέξων ἢ πρὸς ἐνέρους εἶτ' ἰών.

h. e. quibus mox adest aut Thebas occupaturus aut ad inferos descensurus.

Polynicis igitur expeditione et consiliis divulgatis Thebani oraculum Delphicum quid sibi faciendum esset percontati id responsum acceperant, salutem positam esse in Oedipo et vivo et mortuo. Quae cum ita essent, scitum est, ut Creon Oedipum temptaret aut sponte aut vi Thebas reducere. Id ut renuntiaret patri, Thebis fugerat Ismena. V. 396 et seq. explicat ei, proximo tempore Creontem venturum esse, ut eo potitus prope Thebas abducat, ubi in Thebanorum potestate quidem sit nec tamen fines terrae intrare possit. Oedipo tum interroganti quid Thebanis saluti sit forīs iacens h. e. cur non mediam in terram reducere velint, Ismena respondet v. 402:

κείνοις ὁ τύμβος δυςτυχῶν ὁ σὸς βαρύς.

in quo Brunckio scholiastam sequenti, qui '*ἐπὶ ξένης σου θαπτομένου δυςτυχήσουσιν ἐκεῖνοι*' explicat, *τύμβος δυςτυχῶν* sepulcrum in terra peregrina intellegendum videtur. quam sententiam Hermannus recte reiecit. Ipse in Elmslei sententiam adiit, qui *δυςτυχοῦντα τύμβον* iustis honoribus carentem intellegit. Quae sententia qua ratione connectenda sit verbis antecedentibus, ut cognoscam, frustra laboravi. nonne Thebani Oedipum etiam extra patriam iustis honoribus sepelire potuerunt? Sepulcrum vero internum permissum non esse, etsi id per se clarum est, verbis tamen nondum est expressum. Oedipo igitur non videnti cur si corpus suum Thebanis salutem importet, extra fines mittatur, Ismena solummodo id recte respondere potest 'idcirco, quia sepulcrum media in terra constructum a deo prohibitum est atque infelix et perniciosum civibus esset.' Novum igitur edictum Apollinis refert Ismena. itaque recte 'vel sine dei oraculo', ait Oedipus v. 403, 'hoc quivis intellegat' scil. me, utpote parricidam, in patriam reverti non posse (cf. v. 600: *ἔστιν δέ μοι πάλιν κατελθεῖν μή ποθ', ὡς πατροκτόνῳ*). Qua de causa vero deus vaticinatus sit tam inter se absona et repugnantia 'Oedipi et mortui possessionem necessariam esse Thebanis' atque 'sepulcrum eius grave eis esse', ut illi eo confugerent, ut sepulcrum tali loco, quo unoquoque tempore corpus occupandum esset, collocaturi essent, exquirere opus non est. an solebant oracula edere causas edictorum? an causa aliqua invenitur, quam ob rem Oedipus lucro futurus sit iis, qui eum excepturi fuerint? Antecedentia amplectitur Ismena verbis his (v. 404. 5.)

τούτου χάριν τοίνυν σε προςθέσθαι πέλας

h. e. propterea (quod media in terra ponere per leges divinas non licet) prope terram te collocare volunt, **μηδ' ἵν' ἂν σαυτοῦ κρατοῖς** nec (quod tui indigent propter civitatis salutem) sinere te, ubi tui iuris es. Ex omnibus iis, quae disserui, elucet **δυςτυχῶν** vocabulum corruptum esse: nihil aliud mihi esse videtur nisi interpretatio **βαρύς** vocabuli, quae in textum nescio quo modo irrepsit. Vocabulum vero, quod loco suo pepulerit, quis est qui repperiat? simili tamen sensu quo **ἐγχώριος** fuisse, mihi videor demonstrasse.

His oraculis auditis miseraque regis sorte perspecta chorus et verecundia et misericordia impletus cum Oedipo denuo sermones init. iubet eum Eumenides sacris precibusque placare, tum quae miseriae ingentis causa sit, accuratius explicare. quod postremum ne aerumnarum recordatione nimis excrucietur et divexetur ut sibi remittant frustra deprecatus denique invitus his versibus facere incipit v. 521. 22:

ἤνεγκον κακότατ', ὦ ξένοι, ἤνεγκον ἄκων μέν, θεὸς ἴστω,
τούτων δ' αὐθαίρετον οὐδέν.

quae verba, quamvis in omnibus libris sic tradita sint, manifeste corrupta esse omnes interpretes consentiunt variasque eorum sanationes temptaverunt. Praetermitto Reisigii, quam Hermannus refellit. idem de Bothii invento **ἑκὼν μέν** ceteris servatis Elmslei qui absurdum vocavit iudicium confirmavit. nihilominus Meinekius recepit vanasque esse dixit ceterorum coniecturas itemque Wunderus retinuit in novissima editione cetera intacta relinquens, quamvis, ut ait, mendo affecta esse et sensus loci et metrum versus antistrophici ostendat. quae ut restituere difficile sit, tamen illud non dubium videri, quin hoc dixerit Oedipus: fui auctor malorum non coactus quidem, sed ita ut nec lubens nec inscius patrarem scelera, quae patravi. Quae interpretatio tam contorta est, ut amplius eam exprimendam ducat. Oedipum enim dicit non coactum fecisse, ut Laium patrem occideret, cum ei cedere potuisset. sed tamen non lubenter fecisse, si quidem a Laio iniuria lacessitus fuisset. Quis vero est, nisi interpres sagacissimus, qui inter **ἑκών** et **αὐθαίρετος** haec discrimina reperiat? Miram quandam rationem criticam hoc loco G. Hermannus secutus est. offendit eum maxime **αὐθαίρετον,** quod non dubitat quin sit interpretis verbum. atqui nullum verbum traditur, cuius interpretatio esse possit **αὐθαίρετον.** quid igitur? veri simillimum putat **ἑκών** pro **ἄκων** tradito a Sophocle scriptum fuisse. ut igitur **αὐθαίρετον** glossa sit, **ἑκών** conicitur, quod nullus liber habet. Immo, **τούτων δ' αὐθαίρετον οὐδέν** cur falsum putetur, nulla iusta causa afferri potest. inde igitur equidem proficiscor. his verbis opponi non posse **ἄκων μέν** cognovit recte Schneidevinus uncis cingens **μέν.** nam **ἤνεγκον ἄκων μέν** et **αὐθαίρετον οὐδέν** fere idem significant neque possunt per **μέν** et **δέ** componi, quae particulae contraria opponunt aut varia adnectunt, numquam vero paria. Metiamur nunc quae simplex sententia in priore versu esse possit, ex altero **τούτων δ'αὐθαίρετον οὐδέν.** hunc apparet significare, facinorum nihil sponte Oedipum commisisse. igitur perpetrasse eum nefanda facinora eo ponitur idque ipsum ut in priore versu dictum sit, postulari mihi videtur, aliud tamen quidquam praeterea inutile est. Liberali igitur animo Oedipus maxima scelera exacta esse, exacta re vera a se deum invocans profitetur. conicio igitur:

ἤνεγκον κακότατ', ὦ ξένοι, ἤνεγκον ἐ γ ὼ μ έ ν, θεὸς ἴστω,
τούτων δ' αὐθαίρετον οὐδέν.

Perpetravi scelera, perpetravi equidem hercle, horum vero consulto nihil factum est.

Dum Oedipus choro mala sua enarrat, Theseus advenit, qui in itinere iam Oedipum esse illum hospitem compertus erat. Is postquam quales Oedipi res sint, audivit, omnia pericula quae a Thebanis immineant se repulsurum esse promittit nec quidquam ei metuendum esse asseverat. Discedens ut bono animo sit Oedipum his versibus erigit 664 etc:

θαρσεῖν μὲν οὖν ἔγωγε κἄνευ τῆς ἐμῆς
γνώμης ἐπαινῶ, Φοῖβος εἰ προὔπεμψέ σε.
ὅμως δὲ κἀμοῦ μὴ παρόντος οἶδ' ὅτι
τοὐμὸν φυλάξει σ' ὄνομα μὴ πάσχειν κακῶς.

qui versus usque ad Meinekium integri reperti sunt ut bonam rectamque sententiam continentes, vereor tamen, ne parum ad ea quae antecedunt relati sint. Summo angore affectus maximeque de salute sua trepidans quamvis Theseus omne praesidium pollicitus fuerit (649: **θάρσει τὸ τοῦδέ γ' ἀνδρός. οὔ σε μὴ προδῶ**), ne his affirmationibus quidem acquiescens ac tutum se esse putans iterum iterumque periculorum magnitudinem demonstrat 655: **ὀκνοῦντ' ἀνάγκη** et 656: **οὐκ οἶσθ' ἀπειλάς,** ad quae firmo et forti animo Theseus '**τοὐμὸν οὐκ ὀκνεῖ κέαρ**' ei respondet. se confidere neminem eum se invito abducturum esse omnesque minas in irritum redactum iri. Ita postquam sua ipsius fiducia Oedipi animum confirmavit, denique solamina adhortationesque finientem hoc modo perorare Theseum opineris: bono igitur sis animo, 'etiamsi ego non spondeam tibi auxilium' ut Hermannus sibi vult, vel ut Wunderus vertit 'etiamsi ego aliter sentiam,' nam deo iubente huc concessisti, is tibi opitulabitur. Cum igitur exspectes Theseum postremum eum quam maxime exhortari, ut omnibus dubitationibus missis suis consiliis credat, suo eum auxilio indigere negat atque ad deum reicit, quo si prius Oedipus acquievisset, Thesei praesidium non invocasset. **Φοῖβος εἰ προὔπεμψέ σε** non aliter propterea intellegere possum nisi Oedipum eo maiore fide Theseo credere posse, si ab Apolline ad eum missus sit. quae si ita non explices, illud **ὅμως δὲ κἀμοῦ μὴ παρόντος** etc. sensu mihi carere videtur. nisi forte haec inter se cohaerent: alacri sis animo, cum deus tibi praesto sit. attamen vel me absente scio etc. Sententiae verae fere sponte mihi apparere videntur. Theseus enim qua ipse indutus est suorum consiliorum et factorum fiducia, eadem vult praeditum esse etiam Oedipum. Age igitur, inquit, confidas etiam tu intellegentia mea (**γνώμην**) praesertim cum Phoebus te ad me miserit. quamquam credo mea praesentia consiliisque vix opus fore (**κἀμοῦ μή παρόντος**), cum vel nomen te meum servaturum sit. **κἄνευ** igitur mihi falsum esse videtur atque scribendum puto:

θαρσεῖν μὲν οὖν ἔγωγε κ α ὶ σ ὲ τ ὴ ν ἐ μ ὴ ν
γ ν ώ μ η ν ἐπαινῶ

Quid igitur de Meinekii coniecturis, quae sunt **ῥώμης** ex **γνώμης** et **ἄλλως** ex **ὅμως,** amplius dicam? quodsi verus est sententiarum nexus, qualem equidem explicavi, Meinekium fefellisse argutias apparet.

Promissa rata efficere Theseus mox cogitur Creonte adveniente, qui, cum Oedipo ut sponte patriam urbem repetat persuadere non possit, filiabus abductis dolores saltem et aerumnam eius animo parit. Hanc ob audaciam sublatos chori clamores audiens Theseus, qui ad sacrum faciendum a scena se removerat, advolat rebusque cognitis satellitibus ut persequantur raptores

imperat. Restant in scena praeter Oedipum unum senes in stasimo secundo summum desiderium hoc edentes, ut sibi liceat pugnae mox inter Theseum et Creontem futurae interesse. quod idem desiderium pulchre etiam sub finem strophae secundae his versibus exprimitur v. 1081 etc:

εἴθ' ἀελλαία ταχύρρωστος πελειὰς
αἰθερίας νεφέλας κύρσαιμι αὐτῶν δ' ἀγώνων
θεωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα.

verba manifeste corrupta, sed praeclarissima coniectura Wunderi **αἰωρήσασα** vel **ἑωρήσασα**, ut mihi videor, sanata. **αὐτῶν δ'** ab Hermanno recte in **τῶνδ'** mutatum est, qui idem in secunda editione illud **ἑωρήσασα** recepit. In constructione verborum autem dissentiunt Hermannus et Wunderus. hic enim **κύρσαιμι** cum **ἀγώνων** coniungit explicatque 'utinam has pugnas assequar oculis meis sublime latis. ac sponte quidem apparet' pergit, 'quod oculum sublime ferre poeta dixit, id perquam poetice dictum esse pro sublime ferri, ut oculis aliquid percipiatur.' Minime sponte mihi quidem apparere videtur oculos sublime ferre esse sublime ferri, sed valde obscurum esse. Hermannus vero **αἰθερίας νεφέλας** cum **κύρσαιμι** coniungit, sed in interpretatione verborum **ἑωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα** Wunderum sequitur. Hanc contra Wunderi interpretationem quod Meinekius disputat 'qui ex alto pugnam contempletur, eum oculos attollere dici non posse' eo demonstravit, Wunderi adnotationem se non accurate legisse. id enim non erat dictum. quod vero ipse proposuit, ingeniose inventum est. scribit enim **ἐρωήσασα τοὐμὸν οἶμα.** 'habes columbae imaginem', inquit 'rapido volatu in altos nubium tractus tendentis ibique impetum suum sistentis, ut ex alto certamen spectet.' Sed tamen coniecturae compluria opponi possunt. primum quidem **ἐρωεῖν** vocabulum ab Atticis numquam usurpatum esse videtur, deinde si **ἐρωήσασα** etc. verborum collocationem spectaveris, valde ea confiteberis claudicare, praesertim cum necessario modo non postulentur. Nam si exprimere volo 'utinam ex nubibus celerivola columba testis fiam certaminum' illud, volatum in nubibus me sistere, vix exspectatur, minime vero in fine totius sententiae. At cur omnino pugnam ex alto, ex nubibus intueatur chorus, quod omnes interpretes volunt? chorusne idcirco se columbam esse cupit, ut 'in nubium tractus tendat? quid iuvabat eum sublime volare? ne ibi quidem versabatur, ubi res gerebantur. Desiderium, quod chorus iam initio stasimi expressit, hoc est: **εἴην ὅθι δαΐων ἀνδρῶν τάχ' ἐπιστροφαὶ τὸν χαλκοβόαν Ἄρη μίξουσιν.** quod ut expletum habeat, nihil aliud deest nisi celeritas pedum vel alarum. atque ob hanc ipsam rem comparationem columbae electam esse demonstrant duplicia attributa **ἀελλαία, ταχύρρωστος**, utrumque idem significans, in initio totius sententiae praepositum. Sententia igitur non haec est: utinam ceu columba ex nubibus certamina adspicerem, sed: utinam alas haberem sicut columba, ut tam celeriter per caelum volarem eo, ubi certamina futura sunt. Qua ratione vero **αἰθερίας νεφέλας** et **ἑωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα** explicanda erunt? prius coniungendum est cum **πελειάς** et est columba caelivola, ut nos dicimus 'vogel des himmels', sic hic dicta est columba nubium caelestium h. e. quae nubes caelestes transvolat. **ἑωρήσασα** vero coniungo cum **τῶνδ' ἀγώνων** atque ut **ἑώρημα** plane idem ac suspendium est, ita **ἑωρεῖν ὄμμα τῶνδ' ἀγώνων** explico 'suspendere oculos his certaminibus' h. e. attento animo certamina contem-

plari. **ἑωρεῖν** dilucide mihi videtur cupidinem ac desiderium intuendi pugnam depingere. Totam sententiam igitur sic reddo: utinam ceu velox celerivola columba nubium caelestium his certaminibus suspenderem oculos meos. **κυρεῖν** participio iunctum pro **τυχεῖν** poni, adnotavit Hermannus in priore editione beneque v. 1159 respicit: **Ποσειδῶνος παρ' ᾧ θύων ἔκυρον.**

Vixdum Oedipi angores reductis filiabus sunt sedati eiusque animus in tranquillum redactus est, cum denuo Polynice adveniente, qui eum obsecratur, ut sibi ad vindicandam fratris iniuriam opituletur, effervit atque excanduit. Diris precibus exsecratus pater filium praedicit in Thebarum obsessione ipsum casurum esse. Omnem igitur spem abiciens et mortem certissimam praevidens id solum ille a sororibus expetit, ut si in patriam fuerint regressae, sepulturae honores sibi non denegaturae sint. Id si feceritis, vaticinatur iis v. 1411 etc.

καὶ σφῷν ὁ νῦν ἔπαινος ὃν κομίζετον
τοῦδ' ἀνδρὸς οἷς πονεῖτον, οὐκ ἐλάσσονα
ἔτ' ἄλλον οἴσει τῆς ἐμῆς ὑπουργίας

quorum verborum in constructione et interpretatione dissentiunt homines docti. Wundero enim **τοῦδ' ἀνδρός** est **ἐμοῦ** et **πονεῖτον** dictum pro **τοῖς ὑμετέροις πόνοις. τοῦδ' ἀνδρός** vero coniungit cum **κομίζετον.** Secundum eum igitur Polynices haec dicit: atque vestra praesens laus, quam a me accipitis vestris laboribus, afferet aliam non minorem propter officium mihi praestitum. At, quaeso, quales labores susceperunt pro Polynice sorores, propter quos hic iam tum gratiam laudemque agere potuit? atque quem iis relaturum esse putes illam non minorem laudem mortuo Polynice? Melius vertit Brunckius ita: 'sicque vobis ad istam laudem quam ab hoc viro pium ob laborem reportatis, alia non minor accedet ob officium mihi praestitum'. sententia perspicua et apta, attamen alia interpretatio est, quam illi praeferam. **ὁ νῦν ἔπαινος** enim, credo, non laus est, quam nunc Oedipus tribuit, sed ea, qua utuntur filiae iam apud homines propter pietatem erga patrem praestitam. **τοῦδ' ἀνδρός** vero non cum **κομίζετον**, sed cum **πονεῖτον** coniungendum ita ut haec sententia exeat: ad laudem, quam nunc propter labores pro patre susceptos adepti estis, adiungetis aliam non minorem officio mihi praestito h. e. laus, quae vobis est apud homines, ob pietates erga fratrem exaugebitur. Sic vere, opinor, opponitur **τῆς ἐμῆς ὑπουργίας** illi **πονεῖν τοῦδ' ἀνδρός. πονεῖν** vero cum genetivo constructum esse nihil est cur haereas. constructum est ut verba curandi, consulendi veluti **κήδεσθαι, ἐπιμέλεσθαι** ad sensum, ut dicitur.

Quod Oedipus praedixerat, Polynicem in expeditione Thebana periturum esse, mox evasit. Utriusque fratris morte Creon rex factus est, qui, ut erat impotens et cupidus et suspiciosus, ad civium animos perspiciendos et exanimandos ab illo nulla lege humana necessario, divinae repugnante edicto imperium suscepit, ut Polynicis cadaver inhumatum manere atque avibus esse praedam iuberet. Occaecatus nova dignitate plane deorum sancta iura obliviscitur, humanitatem omnem exuit, sororum pietates neglegit. Hinc actiones quae in Antigona fabula describuntur.

Antigona enim religionibus obsecuta iustis fratrem honoribus sepelit nihil curans quae Creon iusserat quamque poenam proposuerat, nihil parens Ismenae, quae inceptum vires femi-

nae superare credens ut desistat rogat: immo huic, cum adiuvare recuset, deorum neglegentiam obicit v. 77, ad quae haec respondet v. 78:

ἐγὼ μὲν οὐκ ἄτιμα ποιοῦμαι, τὸ δὲ
βίᾳ πολιτῶν δρᾶν ἔφυν ἀμήχανος

quos versus non recte Schneidevinus sic explicare videtur: 'ich achte durch mein verfahren der götter heilige rechte nicht beeinträchtigt, da ich ja sonst dem staatsverbot entgegen handeln müste.' Nam Ismena leges divinas bene agnoscit neque unquam in collisione legum divinarum et humanarum his principatum tribuit, sed se debiliorem putat, quam quae aliquid contra Creontis edictum proficiat. Veniam igitur rogat inferos quod iis non satisfaciat (65). **οὐκ ἄτιμα ποιοῦμαι τὰ τῶν θεῶν** igitur non significare potest 'ich achte der götter heilige rechte nicht für beeinträchtigt,' sed 'leges deorum optime agnosco non minus quam tu Antigona', at invitis civibus quidpiam facere nullo pacto valeo.

Dum Antigona igitur pietatem erga fratrem deorumque religionem explet, Creon civibus probare temptat, cur tali modo de Polynice statuerit. se statim ab principio imperii aperire cupere, quid sibi velit in civitate, quid bonis quid malis sperandum sit, et orationem sic finit v. 207:

τοιόνδ' ἐμὸν φρόνημα, κοὔποτ' ἔκ γ' ἐμοῦ
τιμὴν προέξουσ' οἱ κακοὶ τῶν ἐνδίκων

de quo Schneidevinus: '**προέξουσιν** ein hyperbolischer ausdruck, als ob dem guten durch ehrung des schlechten etwas an der ehre gekürzt würde.' **τιμήν** igitur Schneidevinus fere ea sententia accipit qua dignitatem, illam virtutem, quae a nullo cuiquam aut dari aut abripi possit. Sed simplicius et aptius est hic, ut sexcenties, de honoribus externis, quos praebere et possunt et solent potentiores. Nec unquam plus honoris adipiscentur mali bonis, inquit Creon, ac pergit 209: sed qui urbi huic propitius est, eodem modo a me honorabitur et vivus et mortuus.

Antigona in fratris sepultura a civibus deprensa traditur Creonti, qui Antigonae sermonibus purgationibusque incitatus et succensens quod sibi femina restiterit, in iudicio perstat, quo is, qui sepeliverit, morte multandus sit. Antigona ad mortem abducta chorus carmen unum ex pulcherrimis concinit, quod quoniam partim ab compluribus interpretibus non intellectum video, accuratius explicare volo v. 582—625.

Beati, incipit stropha, qui vacant omnibus malis, vae vero iis, quorum domus concutitur infortunio. funditus pervertitur sicuti mare semel commotum. Atque haec est domus Labdaceae causa, pergit antistropha.

ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν οἴκων ὁρῶμαι
πήματα φθιτῶν ἐπὶ πήμασι πίπτοντ'

verba recte stantia, quorum tamen coniecturae et interpretationes fere innumerae sunt. Meinekius scripsit **τἀρχαῖ' ἄρα Λαβδακιδᾶν ἰδὼν ὁρῶμαι.** alii via commonstrata successerunt et mutaverunt, Albertus Polsterus, **οἴκων** in **ὀκνῶν** et Kolsterus in **σέβων**. Idem Kolsterus ait (neue jahrbücher für phil. u. päd. v. Fleckeisen u. Masius 1867. t. 2. p. 113): 'die stelle leidet an einem grammatischen und an einem metrischen fehler zugleich: das adj. **ἀρχαῖα** steht vor dem Artikel, eine stelle, die es nur einnehmen kann, wenn es praedicative bedeutung

hat, und die logaödische natur des verses duldet nicht, dass der spondeus **οἴκων** statt eines iambus stehe.' duae causae, quae nihil valeant. nam **ἀρχαῖα** est **πήματα** assimilatum et pro adverbio positum, quod Kolsterum admodum miror ipsum infra statuisse. deinde, unde sciri possit, totum versum logaoedicum esse debere neque versum desiisse monometro iambico, non intellego. porro, non est vertendum 'ich sehe leid auf leid untergegangener fallen', sed 'ich sehe d a s leid der Labdakiden auf die leiden der abgeschiedenen fallen' h. e. non cedunt mala genere aliquo mortuo, non piantur morte alicuius generis, sed ultra eius mortem producuntur **οὐδ' ἀπαλλάσσει γενεὰν γένος.** necessarium igitur duco articulum in **τὰ πήματα,** illa Labdacidarum propria mala significantem. **ἀλλ' ἐρείπει θεῶν τις οὐδ' ἔχει λύσιν,** scil: **γενεά,** ut rectissime Wunderus vidit.

Jam quae insequuntur verba in Laur. ita leguntur:

νῦν γὰρ ἐσχάτας ὑπὲρ
ῥίζας τέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις,
κατ' αὖ νιν φοινία θεῶν τῶν νερτέρων ἀμᾷ κόνις
λόγου τ' ἄνοια καὶ φρενῶν ἐρινύς·

quorum verborum universa sententia manifesta est. Nullum genus malorum vim exhaurire potest. etenim salus, quae e postrema domus Labdacidarum stirpe apparuerat, evanuit. hanc quoque stirpem vetus pernicies corripuit atque diis inferis tribuit. Fortius tamen et vividius solummodo hae duae sententiae inter se oppositae sunt: expansa erat lux super supremam propaginem, demetit inferorum falx. illam igitur lucem extinctam esse, h. e. spem in irritum cecidisse verbis exprimere poetae inutile est. quam pulchram imaginem praebeat illud **φάος,** vix dicerem, nisi interpretes recentiores delevissent coniectura **θάλος**, quod vocabulum cum **κόπις** et **ἀμᾶν** melius. consentiret. at **ἀμᾶν** cum **ῥίζας,** non cum **φάος** coniungendum esse mihi videor modo demonstravisse. Kolsterus, qui illud **θάλος** recepit, vertit: 'denn jetzt hatte sich über der letzten wurzel ein spross ausgedehnt im Oedipushause.' vix tamen mihi persuadeam dici posse 'über der wurzel dehnt sich ein spross'. dein difficile est videre, quae sit illa radix suprema, 'über der sich ein spross (opinor, Antigona) ausgedehnt habe', an Polynices, an Oedipus. denique vero, si **θάλος** scribimus, deest ipsa notio ea, quae necessario modo exspectatur 'fortunae, salutis'. germen novum Labdacidarum domui crevisse et exstitisse, premi non potest, genus enim in periculo fuisse, ut emoreretur, numquam luxerat chorus, sed mala ex genere non recessisse. id ipsum tamen, genus tum tandem liberatum iri illis malis, in duabus filiabus, ultimo germine, sperabatur. id erat **φάος,** quod exortum erat et morte Antigonae interit. Me quoque coniecturam **κοπίς** probasse ex iis, quae disserui, elucet. qui malunt **κόνις** traditum retinere, scholiastae interpretationes ad **ἀμᾷ** proferre solent: **θερίζει καὶ ἐκκόπτει. ἢ καλύπτει.** at manifestum est, illud **θερίζει καὶ ἐκκόπτει** tantum valere ad **κοπίς** fulciendum quantum **καλύπτει** ad **κόνις** firmandum. Firmo iudicio carens scholiasta nonnumquam duas interpretationes, quae cogitari possint, ex quibus tamen nisi una vera esse non potest, confundit. cf. Oed. Col. 1050: **οὗ πότνιαι σεμνὰ τιθηνοῦνται τέλη θνατοῖσιν**, ubi disputatur, utrum **τιθηνέομαι** passiva an media significatione accipiendum sit. utrumque adhibet scholiasta in interpretatione '**ἐπιμελοῦνται καὶ ἀξιοῦνται θεραπείαις.**'

est vero media forma solennis (cf. Schaeferus melet. crit. spec. Dionys. Hal. p. 82), quin passiva ne invenitur quidem in scriptis traditis.

Sed redeamus ad nostrum locum. Quibus causis Passovius (Halberst. 67) illud *κοπίς* infestavit dicens Hadem suo iure ferro instructum apud Euripidem describi videri, falcem vero vel cultrum, quo herbae demetantur, diis inferis attribui non posse, iisdem defendi potest. etenim ob id ipsum, quod de herba decidenda dicit, poeta imagine ductus non ensis, sed falcis enuntiatione utitur. si quis vero coniciat, quod Hadi ferrum imponi soleat, unoquoque loco hac imagine poetam esse vinctum, idem mihi facere videatur atque is qui loquatur, quod apud nostrum Buergerum suo iure mors falce instructa describi videatur, proptera si quis poeta dixerit 'dass jem. das schwert des todes dahingerafft habe', illud 'schwert' suspectum esse. Sed idem homo doctus aliud recte vidit. In *λόγου τ' ἄνοια καὶ φρενῶν ἐριννύς* illud *τέ* connexionem cum *νερτέρων κοπίς* efficere non potest. 'Copula *τέ* sequente *καί*,' ait, 'neque ea, quae antecedunt respicit neque, si primum membrum orationis sine copula duobus sequentibus adiungitur, secundum et tertium copulis *τέ–καί* connecti possunt quae cum tamquam in unum coalescerent, duo membra sine ulla copula superessent.' Facillime mutari potest in *λόγου τ' ἀνοίᾳ καὶ φρενῶν ἐριννῦ* (*ύϊ* contrahi in *ῦ* ex epicis notum est cf. Il. 22, 458: *ἐπεὶ οὔποτ' ἐνὶ πληθυῖ μένεν ἀνδρῶν*). *τέτατο* recte in *ἐτέτατο* a Schneidevino versum est. Sententia verborum igitur haec est: Nunc illuxit lumen ex ultima Labdacidarum stirpe, demetit illam cruenta inferorum deum falx propter eius mentis vesaniam et animi furorem.

Non sine iusta causa haec verba gravia '*λόγου τ' ἀνοίᾳ καὶ φρενῶν ἐριννῦ*' sunt in fine antistrophae posita. copulatur enim iis alterum stropharum par cum priore, ac qui ea neglexerit, chori secundam partem ab omni parte intellegere non posse mihi videtur. Antigona ruit sua ipsius culpa: sic finitur antistropha *β*. Jovis potentia et vigilantia, quam nemo effugere possit, stropha *β* describitur. Sententiae, quibus strophae coniunguntur, facillime suppleri possunt. Antigonae enim culpa in eo posita est, ut ausa quae vires feminae transcendunt, (*ἀμηχάνων ἐρᾷς* obicit ei Ismena 90) eum modum ac finem, quem Juppiter feminae posuit, violaverit. Quodsi pensites, summam virtutem Graecam esse iustum modum ac rectam formam servare, credendum est, Antigonam eo, quod fecerat, choro contra Jovis imperium ac leges sanctas egisse videri potuisse. Sed in multo maiore culpa erat Creon, qui aperte legibus divinis violatis pedetemptim in summam vesaniam amentiamque inciderat. Quod cum ita sit, cum ab illa Antigonae ata chorus transeat ad causas et exitus atae universae describendos, hae sententiae necessario modo ad Creontem quoque referendae sunt, quin cummaxime in hunc cadunt. Pulcherrime igitur secunda carminis pars cum priore cohaeret, simul vero praeparat animos ad res imminentes demonstratque universe, quo Creontis impotentiam ferre necesse sit. Plane aliter intellexit Kolsterus carmen atque maxime idcirco, quod *λόγου τ' ἄνοια καὶ φρενῶν ἐριννύς*, quorum ultor Juppiter existit, neglexit vel parum respexit. Illi videtur prior chori pars nihil aliud nisi labores ac mala hominum describere. 'die macht des Zeus', ait, 'ist das gegengewicht, welches in die andere schale geworfen werden muss, um die not und das elend der erde aufzuwägen und dem herzen ruhe zu bringen'. Das gesetz, welches niemals ob sterblicher loos waltete sondern unheil, sicut Boeckhius vertit *νόμος ὅδ' οὐδὲν ἕρπων*

θνατῶν βιότῳ πάμπολις ἔκτος ἄτας, illi universum Jovis imperium est. quodsi iudicat, Jovem nisi malo hominum non regnare, Sophocli in mentem venire non potuisse, iudicat recte. sed ne Boeckhio quidem, opinor, in mentem venit. Atenim si illa lex in eo' posita est, ut nemo possit contra Jovis leges sanctas ordinesque agere, quin in malum incidat, hoc Sophocle indigne dictum esse minime puto. quae lex tamen, quoniam quovis tempore ab hominibus violatur, so waltet es niemals ob sterblicher loos sonder unheil'. Causam vero, quam ob rem Jovis lex excedatur saepissime, praebet antistropha *β*: *ἐλπὶς ἀπάτα κουφονόων ἐρώτων*'. Minime igitur mihi videtur Boeckhs übersetzung handgreiflich bemüht, unvereinbare gedanken zu verknüpfen'. Nimirum ut sententias, ita verba a Boeckhio restituta recipio:

νόμος ὅδ' οὐδὲν ἕρπων
θνατῶν βιότῳ πάμπολις ἔκτος ἄτας.

ὅδε igitur ad praecedentia refero. neque vero contendo cum Kolstero ad insequentia spectare non posse, omnium vero minime hanc solam esse provinciam *οὗτος*, *ἐκεῖνος* pronominum. immo perraro *οὗτος* et *ἐκεῖνος* ad sententiam aliquam indicandam usurpantur. prior vero cogitatio iam commemorata repetitur apud Sophoclem et in memoriam revocatur fere promiscue pronomine *ὅδε* et *οὗτος*. cf. Oed. Col. 414:

καὶ ταῦτ' ἐφ' ἡμῖν Φοῖβος εἰρηκὼς κυρεῖ;

et 416:

παίδων τις οὖν ἤκουσε τῶν ἐμῶν τάδε;

ubi *ταῦτα* et *τάδε* pronominibus idem ab Ismena nuntiatum oraculum demonstratur. et sic sexcenties. cf. 480 et 485.

Repeto totius chori sententias: Cuius genus aliquando a deo temptatur, numquam malorum expers fit, dum postrema stirps perierit. Sic nunc Antigona, spes ultima Labdacidarum, interiit sua ipsius culpa. Omnem vero culpam ulciscitur Juppiter, cuius vigilantiam ac potentiam neminem declinare posse in aeternum lex firma valebit non sine vitae humanae malis laboribusque. Nam spes inducit semper semperque homines ad studia inania, brevi tamen tempore post in malo versantur.

Liceat mihi de nonnullis rebus grammaticis pauca adicere.

Ad Antigonae v. 280: '*παῦσαι πρὶν ὀργῆς καί με μεστῶσαι λέγων*' dicit Scheidevinus de *καί*: '*καί*, eng mit *πρίν* zu verbinden, deutet an, die sichere folge des nichtaufhörens werde Kreons zorn sein, wie in *ἵνα*, *ὅπως*, *μὴ καί*.' Primum quidem qua ratione in *καί* illa vis esse possit, qua significet, nisi chorus desinat loqui, continuo Creontis iram secuturam esse, dein vero quomodo cum *πρίν* particula coniungi possit, non capio. *καί* particulae vis ac natura in eo est sita, ut sententias aut singulas notiones inter se coniungat. igitur ad *πρίν*, *ὅπως*, *ἵνα*, quae ipsae coniunctiones sunt, referri non potest, significatio vero et versio est apta ex ea ratione, qua illae notiones aut sententiae, quas coniungit, inter se cohaerent, quae si inter se consentiunt, est 'et', si repugnant inter se, *καί* vertendum sit 'sed', aut si altera alteram accuratius definit, est 'et quidem', aut si altera ex altera consequitur, est 'igitur',

et si quae aliae coniunctiones sunt, aliter est accipiendum. Saepissime vero altera notio aut sententia mente ac cogitatione invenienda. id ipsum in nostrum locum cadit. *καί* cum *ὀργῆς* coniungendum est atque supplenda notio aliquanto infirmior. sententia enim est: concitasti animum meum dictis tuis atque ira inflammabis, si amplius loquaris h. e. etiam ira me incitabis. Schneidevinus comparari iubet Phil. 13: *μὴ καὶ μάθῃ μ' ἥκοντα κἀκχέω τὸ πᾶν*, in quo *καί* interpretandum est: et multa verba nunc inutilia sunt et in iis hoc periculum est, ut Philoctetes adventum meum sentiat. quod posterius quia gravius est et maioris momenti, *καί* hic vertendum est 'etiam': ne etiam sentiat me adesse. Comparo Phil. 534:

ὥς με καὶ μάθῃς
ἀφ' ὧν διέζων ὥς τ' ἔφυν εὐκάρδιος

ubi sententia est: qui te tam sortis meae participem et humanum praestitisti, cognoscas etiam domicilium victumque meum.

καί mihi videtur etiam in interrogationibus sententiam praecedentem respicere. Postquam igitur sub finem Antigonae fabulae nuntius rettulit, Eurydicam mortem sibi conscivisse, id quoque ab eo postulatur, ut explicet, quomodo sibi vitam ademerit (1314): *ποίῳ δὲ κἀπελύσατ' ἐν φοναῖς τροπῷ;* cf. Antig. 772: *μόρῳ δὲ ποίῳ καί σφε βουλεύει κτανεῖν;* Bene Rich. Porson ad Eurip. Phoen. 1373 *πῶς καί* verborum sensum ita aperit: Dic praeterea, quomodo. Parum accurate Krügerus in grammat. gr. 69. 32. 16 illud *καί* mihi explicavisse videtur dicens: 'einem fragepronomen oder adverbium folgend bezeichnet *καί*, dass man vorzugsweise diesen begriff bestimmt wissen wolle: eben nur.' Pronomen interrogativum talibus locis premi, mihi quoque sine dubio est, sed totam interrogationem ad praecedentem sententiam referri neque dicit neque eo quod *καί* vertit 'eben, nur' ostendit. haec enim versio minime in omnes locos quadrat. cf. Aeschyl. Pers. 296: *τίνα δὲ καὶ πενθήσομεν τῶν ἀρχελείων;* Atossa enim, cui modo tristissimus ille nuntius allatus est: *στρατὸς πᾶς ὄλωλεν* v. 255. 260. 278, accuratius quinam principum occiderit, audire cupiens non dicere potest: 'wen eben aber, wen nur aber werden wir betrauern?' sed: 'wenn also das ganze heer vernichtet ist, *τίς οὐ τέθνηκε, τίνα δὲ καὶ πενθήσομεν;* (296) wer ist nicht todt, wen d e n n aber werden wir zu betrauern haben? Nostrum 'denn' solummodo *καί* particulae talibus locis respondet. cf. Xenoph. anab. V, 8, 2: *ἐκέλευσεν εἰπεῖν, ποῦ καὶ ἐπλήγη* 'wenn sie denn behaupteten, von mir geschlagen zu sein, so solle der, welcher es zuerst gesagt habe, erklären, wo er denn geschlagen sei', vel anab. I, 8, 16. Cyrus sonitum per aciem euntem audiens interrogavit quid ille sonitus significaret, et cum ei responsum esset signum esse, *ἤρετο ὅ, τι καὶ εἴη τὸ σύνθημα,* welches denn das feldgeschrei wäre, non ut Krügerus vertit 'was eben, nur'. Nimia iam in re dilucida exempla protuli. Videamus postremo, quid differant inter se graeca et nostra lingua in ea re. graeca enim simpliciter per *καί* interrogationem adnectit rei, quae iam commemorata est, indicatque de hac re aliud praeterea idque accuratius quaeri. nostrum 'denn', proprie particula temporalis (danne), deinde non tam factorum quam cogitationum consecutionem (nicht sowohl eine factische folge als eine logische folgerung) indicans, necessario modo igitur item interrogationem ad rem aliquam refert, sed haec res tamquam causa interrogationis esse videtur. Graeci igitur interrogationem copu-

lant, nos ex iis, quae praecedunt, concludunt: si vel quoniam res aliqua est, sequitur, ut possit interrogari, quomodo, ubi, quando, cur etc se habeat (*πῶς, ποῦ, πότε, τί* etc. *καί*).

Denique locum Antigonae tractare volo, ubi dubitari potest, quae notiones *καί* coniunctione copulentur 381 etc:

οὐ δή που σέ γ' ἀπιστοῦσαν
τοῖς βασιλείοις ἀπάγουσι νόμοις
καὶ ἐν ἀφροσύνῃ καθελόντες.

'*καί* verbindet die participien *ἀπιστοῦσαν καὶ καθελόντες* (= *ἁλοῦσαν*)', ait Schneidevinus, comparans Phil. 170, qui locus tamen male adhibitus est, quoniam genetivus *τοῦ κηδομένου* non genetivus absolutus, sed constructus et ab *ὄμμα* suspensus esse videtur. Sed volvi iubet Krügeri grammat. 56, 14, 2, ubi re vera similia exempla afferuntur. At constructio cum simplicior esse possit verborum, cur hanc non praeferamus? cum *καθελόντες* non modo *ἐν ἀφροσύνῃ*, sed etiam *ἀπιστοῦσαν* coniungo, ut haec sententia evadat: anne te adducunt deprensam in inobedienta amentiaque? elegantius, opinor, hoc quam illud: 'ne te adducant, quod violasti regia iussa et postquam in amentia deprehenderunt.

Antig. 189. 90:

καὶ γὰρ οὖν κείνην ἴσον
ἐπαιτιῶμαι τοῦδε βουλεῦσαι τάφου.

ad hos versus adnotat Schneidevinus: 'Verbinde *ἴσον ἐπαιτιῶμαι κείνην τοῦδε τάφου βουλεῦσαι,* indem sowohl der genetiv als der epexegetisch beigefügte infinitiv von *ἐπαιτιῶμαι* abhängt.' Impetus ille, quo homo doctissimus incitatur ut quam plurima inferat in res, idem saepius eum impellit, ut singulis quoque vocabulis duplicem vim attribuat. Hoc ipso desiderio pulsus *ἐπαιτιῶμαι* verbo duarum constructionum vim affert. at quid impedit, quominus *τοῦδε ταφου* ex *βουλεῦσαι,* quod ut consulendi verba cum genetivo constructum est, suspensum reddamus? quod idem ab aliis interpretibus velut ab Ellendtio factum est. Porro vero, omnino de illo infinitivo epexegeseos modo, ut dicitur, adiecto Schneidevinus non recte sensisse videtur. sane quidem infinitivos eos, qui sententiae universae novi nihil importent, sed eam amplius ac fere abundanter describant, multos inveniri, non infitior. sed solos eos, qui salva universa sententia omitti possint, epexegeticos vocem. Schneidevinus tamen nos volvere iubet, qui talem infinitivum illustret, locum Oed. Col. 1211:

ὅςτις τοῦ πλέονος μέρους
χρῄζει τοῦ μετρίου παρείς
ζώειν

explicatque 'der epexegetische infinitiv ergänzt den begriff beider genetive, indem er die bezeichnung der lebenszeit nachbringt'. Cum igitur infinitivus sententiam hic suppleat atque ad sententiam totam intellegendam plane necessarius sit, pro epexegetico non debet accipi. Haud rectius potest talis infinitivus inveniri Phil. 62:

οὐκ ἠξίωσαν τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων
ἐλθόντι δοῦναι κυρίως αἰτουμένῳ

quem locum cum Antigonae supra allato contulit. De illorum verborum constructione haec dicit Schneid: 'statt **οὐκ ἠξίωσαν τῶν ὅπλων** oder **οὐκ ἠξ. σοι δοῦναι τὰ ὅπλα** bildet der dichter eine aus beiden wendungen gemischte poetischere verbindung'. At unde scit, hanc structuram poesis naturae magis respondere? ipse nos ad Krüg. gr. 61, 6, 8 delegat, ubi exempla ex prosaicis scriptoribus exhausta allata sunt plurima, in quibus ardor quidam poeticus minime apparet. Sed fac, Sophoclem consulto ac dedita opera ut orationi eo splendorem maiorem afferret, a vulgari consuetudine recessisse, hoc ipso illa verborum constructio nondum explicata est. Nam, ut diximus, cum alii scriptores similia adhibuerunt, tum vero eae aetates, quae ab artificiis dicendi plane alienae sunt, Homericae. haec dicendi forma igitur quoniam non modo ex scriptoris arbitrio apta, sed ex universa linguae natura profecta est, accuratius perspici potest et cum aliis loquendi formis comparari. Videamus ante omnia, quid sit primo aspectu peculiare verborum. refertur **τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων** ad **ἠξίωσαν**, cum ad **δοῦναι** potius relatum esse exspectes. atque haec dicendi forma a grammaticis vocatur attractio vel assimilatio, quod nomen rectius Krügerus etiam in syntaxin transtulit. illa vero explicatione nihil aliud effectum est, nisi ut simpliciter statuatur, aliquid pro aliquo alio esse, minime vero demonstratur, qui fiat, ut alterum alterius loco sit. Optime de hac re disseruit Steinthal (zeitschrift für völkerpsychologie t. I, p. 93), qua dissertatione concitatus compluria de assimilatione prolaturus sum.

Haud procul fiebat, ut in lingua vires quasdam inesse arbitrarentur, quibus verbum verbum regere, secum coniungere, ad se attrahere posset. Nunc, quamquam consuetudinis causa has enuntiationes retinuerunt, tamen provenerunt grammatici ad rectiorem et reconditiorem linguae scientiam rectissimeque perspexerunt, per se eam eiusque formas nullas esse, sed arctissime coniunctas cum cogitandi modis et rationibus, quin nihil nisi voce expressas cogitationum imagines. Quas igitur res cogitandi ratio peculiares et proprias habet, in lingua necessario modo eaedem apparent. Atque quod maximo est linguae momento, in eo est positum, ut non amplius singulae cogitationes simul eodemque temporis momento in mente animoque existere possint. ex quo fit, ut ordine ac per seriem mentem occupent. hae tamen nimirum non extra omnem nexum cum aliis esse possunt, sed ut per illam idearum associationem omnes res vario modo inter se coniunctae sunt, ita, simulac una in mentem producitur, aliae cum hac connexae nescio quomodo concitantur atque ut item in mentem et intellectum veniant, eniduntur. quid igitur? sententia si exprimenda est verbis, haec quoque non aliter nisi singillatim proferri possunt, sed ut cogitationes inter se coniunctae sunt, etiam illa rato ordine ac legibus certis inter se relata procedunt. sunt autem leges eae, quae grammaticae dici solent. Saepius tamen fit, ut haec primaria ac naturalis quaedam verborum connexio non perficiatur vel non ita ut leges grammaticae desiderant. In Xenoph. *Ἀθ. πολ.* 1, 2: **Ἀθήνησι καὶ οἱ πένητες καὶ ὁ δῆμος πλέον ἔχει τῶν γενναίων καὶ τῶν πλουσίων** exspectes **ἔχουσι** quia praedicatum etiam referendum ad **πένητες**. porro Xenoph. anab. 1, 10, 1: **ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ σὺν αὐτῷ εἰςπίπτει εἰς τὸ Κύρου στρατόπεδον** '**οἱ σὺν αὐτῷ**' verba, quae non minus quam **ὁ βασιλεύς**

ad illud **εἰςπίπτειν** spectant, **εἰςπίπτουσιν** formam postulant. Thucyd. 1, 20: **Ἀθηναίων τὸ πλῆθος Ἵππαρχον οἴονται ὑφ' Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος τύραννον ὄντα ἀποθανεῖν** ratio grammatica iubeat dictum esse pro **οἴονται** '**οἴεται**'. Omnes hae dicendi formae ad unam eandemque causam referendae sunt hanc, ut nonnumquam cogitationes quaedam ita animum occupent, ut ceterae cum his coniunctae plane e memoria excidant et tantum illis forma praedicati assimiletur. Quoniam igitur illud **πένητες δῆμος** insequente plane absorbetur, huic soli praedicatum adaptatur. porro, quoniam comites regis ad regem ipsum minimum valent, regis forma sibi attrahit una illud **εἰςπίπτειν**. denique **οἴονται** referendum ad subiectum quale est **Ἀθηναῖοι**. id ipsum obversatum esse animo Thucydidis est valde verisimile, sed nescio quomodo pro eo alia enuntiatio ei arctissime associata '**τὸ Ἀθηναίων πλῆθος**' expressa est. et quo magis in sensum cadit et quo vividius est illud **Ἀθηναῖοι** quam illud abstractum **τὸ Ἀθηναίων πλῆθος**, eo minus hoc posterius **οἴονται** formam animo iam praeformatam commutare potuit. Tales verborum contra leges grammaticas factae coniunctiones appellantur attractiones vel potius assimilationes. Dilucidius etiam, quomodo praedicatum substantivo, cui adnectendum non erat, assimiletur Oed. Col. v. 1081—85, quorum interpretationem supra temptavi, cognosci potest. Simplex et principalis sententia haec mihi visa est: **εἴθε κύρσαιμι τῶνδ' ἀγώνων ἐωρήσας τοὐμὸν ὄμμα.** quod tamen desiderium irritum est ac vanum, quandoquidem procul certamina fiunt. quod cum ita sit, alia cogitatio multo fortior ac vehementior effertur '**εἴθ' εἴην πελειάς**'. et cur columba? nimirum propter celeritatem volandi. Rapiditatis notio igitur ut primaria initium totius sententiae occupat atque tota imago '**ταχύρρωστος πελειάς**' ita animum captum tenet, ut comparatione plane neglecta subiecti partes suscipiens formam praedicati ex **ἐωρήσας**, quod exspectatur, sibi assimilet in **ἐωρήσασα.**

Qui haec imagine velit magis illustrare, non pulchriorem, opinor, adhibere poterit quam eam, qua Steinthalius aliquando utitur. Tamquam enim oculi, postquam longisper colorem quendam intuiti quasi penitus imbiberunt, alium conspicantes non purum percipiunt sed commixtum aliquatenus cum priore, ita fit, ut animus interdum sic impletus sit cogitatione aliqua, ut ab hac ad aliam, quae separata ab illa formari et ex animo existere debebat, nescio quomodo aliquid traducat.

Porro vero, quanto fortior est nominis adiectivi casus certus quam adverbii forma, eo facilius adverbium substantivo, maxime cum persona est, attractum in eius formam recipitur. usitatissimum est adverbia temporalia et localia sic commutari. In enuntiatione tali '**δευτεραῖος ἀφίκετο**' assimilatio est fere constans et ita Graecis conveniens, ut adverbialis forma **τῇ δευτεραίᾳ** rarius usu veniat (cf. Herod. IV, 113: **τῇ ὑστεραίᾳ ἦλθε**). Tales assimilationes mihi supra visae sunt Oed. Col. v. 29 et 59, ubi **τόνδε** 'hic' adverbio vertendum est et 196 **βραχύς** 'sensim' et Antig. 593 **ἀρχαῖα** 'antiquitus'.

Redeo nunc ad exemplum illud, a quo profectus sum in tota quaestione, Phil. 62: **οὐκ ἠξίωσαν τῶν Ἀχιλλείων ὅπλων ἐλθόντι δοῦναι.** Hic verbum finitum et infinitum pugnant de obiecto. at cum illud multo fortius sit infinito et obiectum iam loco propius **ἠξίωσαν** quam **δοῦναι**, illud cum **ἠξίωσαν** coniungitur. Etiam magis elucet illa assimilatio

tum cum obiectum vi sua et impetu in initio collocatum verbo finito disiungitur ab infinitivo. cf. Trach. 56: **εἰ πατρὸς νέμοι τιν᾽ ὥραν τοῦ κακῶς πράσσειν δοκεῖν.**

Ut ne minimum quidem ista interpretatione confusionis duarum constructionum perficitur, ita nihil valet enuntiatio quae dicitur proleptica. cf. Antig. 881: **τὸν δ᾽ἐμὸν πότμον ἀδάκρυτον οὐδεὶς φίλων στενάζει. ἀδάκρυτον** dicunt proleptice accipiendum esse. dici potuit etiam esse confusionem duarum sententiarum harum ‘**πότμος ἀδάκρυτός ἐστιν**’ et ‘**τὸν δ᾽ἐμὸν ποτμὸν οὐδεὶς στενάζει**’. qui fit tamen, ut hae duae sententiae coalescant? mente sane quidem sola intellegi non potest, at prolepseos nomine omnium minime. Propterea Antigona ita loquitur, quod non mente metitur verba, sed sensibus ducta dolorem exprimit. Nihil gravius tulit, quam quod sors indefleta et illacrimabilis futura erat. inseparabilis igitur ei videbantur illae notiones **πότμος** et **ἀδάκρυτος** et manserunt coniunctae etiam in sententia, ubi mens id repudiat. Tales igitur loci ut sensibus expressi postulant, ut recipiantur item sensu et animi cupiditate quadam. Ellendti vero explicatione hac ‘**ἀδάκρυτον=ὥςτε ἀδάκρυτον εἶναι**’ usitatissima prolepsi adiectivorum agendi verbis additorum, ut eventus actionis significetur’ paene nihil explicatur.

Etiam hic assimilationem quandam inveniemus. cogitatio enim, quae per se ac separata formanda erat, animo vehementer et arctissime cum cogitatione iam commemorata coniuncta ab hac in eius fines rapitur et ei subicitur.

Quodsi assimilatione naturalis illa vel potius mente postulata verborum connexio sane quidem deletur, at tamen totus verborum nexus servatur, hic ipse denique tolli potest. quod si est, anacoluthiam esse dicimus. Exemplo utar loco Antig. v. 1156. 57:

οὐκ ἔσθ᾽ ὁποῖον στάντ᾽ ἂν ἀνθρώπου βίον
οὔτ᾽ ἀνέσαιμ᾽ ἂν οὔτε μεμψαίμην ποτέ.

qui versus simul critica ratione mihi tractandi sunt. Atque Wunderus quidem verba sic explicat ‘**οὐδείς ἐστι βίος οὔτε στὰς ὃν ἂν ἀνέσαιμι οὔτε πεσὼν ὃν ἂν μεμψαίμην ποτέ**’ in qua interpretatione illud **πεσών** cum arbitrio adiectum est. iam vero, quoniam Musgravii interpretationem **στάντα** vocabuli, quae est ‘superstitem’, rectissime reiecit G. Hermannus, nihil restat, nisi ut **στάντα** cum **ὁποῖον** coniungatur et explicetur cum Hermanno ‘quaecunque stet vitae conditio’. Hanc in interpretationem ingressus Schneidevinus ‘**οὐδένα ἂν βίον ὁποῖον δήποτε–οὔτε**’, explicat, in quo elucet **ὁποῖον δήποτε** positum esse pro **ὁποῖον στάντα.** Sed, quaeso, unde expromitur **οὐδείς** vel **οὐδένα** notio? **ὁποῖον στάντα,** quae vocabula **βίον** arctius describunt, omissis solummodo remanent verba, quae sunt **οὐκ ἔστ᾽ ἂν ἀνθρώπου βίον οὔτ᾽ ἀνέσαιμι** etc. quae nulla sunt neque verti possunt, nisi forte anacoluthiam esse statuis aut prius **ἂν** mutas in **ὅν. οὐκ ἔσθ᾽ ὃν βίον ἀνέσαιμι** h. e. nullam vitam laudem. Anacoluthia vero mihi in loco esse videtur. Nuntius enim maxime excitus Antigonae et Haemonis morte vix satis fortem enuntiationem invenire potest, quae vitae inanitatem describat. Prior sententia nondum ad finem peracta erat, cum insequens orationis filum interrumpit. idque est plane ex consuetudine hominum vulgarium ac popularium. Dicere vult proxime nuntius: **οὐκ ἔστι βίος ὅν** — haec sententia demum usque **οὐκ ἔστι** expressa erat, cum haec enuntiatio debilior et languidior ei videtur et illud **ὁποῖος στάς** in

animum venit. illud **ἔστι** infirmius quam quod **ὁποῖος στάς** in nominativo retinere possit, plane ex animo excidit, atque verbum transitivum omni vi et impotentia sibi assimilat in accusativum **ὁποῖον στάντα,** quod, ut notio primaria, **βίον** usque ad finem versus repellit. Sic, opinor, locus melius explicatur quam coniectura **ὅν,** quam si reciperemus, **βίον** assimilatum esse **ὅν** relativo diceremus, de qua assimilatione pulcherrime Steinthal in ea dissertatione, quam supra commemoravimus, et Jac. Grimm (kleinere schriften t. III, p. 312) scripserunt.

Grundsätze zur regelung unserer deutschen orthographie.*)

Dem gedanken, dafs unsere orthographie einer reform bedarf, verschlifst sich heutzutage kein einsichtiger, dafs dise komt, ist jedem, der das, ich möchte sagen, krampfhafte arbeiten daran in programmen und einzelschriften verfolgt, offenbar, von nimandem aber wird si so senlich herbeigewünscht und der jetzige zustand so als ein unerträglicher empfunden wi von dem lerer, der in untern classen unterricht gebend bei jedem dictat oder aufsaz gezwungen ist, fast nur solche feler zu corrigiren, di entweder für in keine feler sind, sondern einem gefüle für das richtige und gemäfse entspringen, oder solche, di wegen der unlogischen und inconsequenten herschenden orthographie durch di natürlichste verwechselung der quantitätsbezeichnungen entstanden sind, also feler wi ‘ire, söne, vile, blib, hare’ oder wi ‘fluht, mier, das mehr, ree’.

Das bedürfnifs der schule heischt notwendig eine vereinfachung unserer schrift. Dafs dise vom phonetischen princip auszugehen hat, ist, dank den hirauf bezüglichen schriften Rudolf von Raumers jezt zimlich algemein anerkant. Wärend die neuern sprachen dem entgegengesezten, etymologischen volles recht einräumend eine unausfülbare kluft zwischen aussprache

*) Ich habe im folgenden versucht, die aufgestellten grundsätze sogleich praktisch anzuwenden, weil dadurch am besten erkannt werden kann, ob sie wirklich praktisch sind oder nicht. Keine schrift kann ein treues abbild einer sprache geben, das eigentümliche derselben in aussprache und betonung geht allemal verloren: eine schrift aber, die eine lebendige sprache fixirt, hat es auch gar nicht nötig, ängstlich alles durch zeichen wiedergebeu zu wollen, da der sprechende das fehlende von selbst hinzufügen wird. Allzuviele zeichen hindern ein schnelles verständnifs und führen den schreibenden leicht zu den mannigfachsten verwechselungen und irrtümern. Um schwierigkeiten beim lesen vorzubeugen, bemerke ich im voraus, dafs alle quantitätsbezeichnung als unnötig aufgegeben ist, also ‘in’ sowol die praeposition als das pronomen ‘ihn’, ‘den’ sowol den artikel als die conjunction ‘denn’ bezeichnet. So sinnverwirrend dies auf den ersten anschein ist, so wird sich, hoffe ich, herausstellen, dafs undeutlichkeit daraus nicht entsteht und der zusammenhang der rede immer das richtige erkennen läfst.

und schreibung erzeugten, so dafs die Franzosen z. b. dahin gekommen sind, in boeufs oder hommes für je 2 laute je 6 buchstaben zu setzen, haben die Deutschen von alters her in irer schrift alle lautwandlungen widerzugeben versucht. Auch unsere neuhochdeutsche schrift stet mit der gemeinsamen gebildeten deutschen aussprache, deren zeichen si eben geben wil, im ganzen im einklang. Wer der etymologie zu libe an disen zeichen ändern wil, wi es versucht worden ist, also stat 'ergötzen, schöpfer, zwölf, ereignifs, hülfe, gültig, lügen, betrügen,' 'ergetzen, schepfer, zwelf, eräugnifs oder ereugnifs, hilfe, giltig, liegen, betriegen' schreiben wil, verstöfst erstens gegen das grundprincip der deutschen orthographie und sezt sich ferner dem eigentümlichen verdacht aus, einer sprache, di ein ganzer volksgeist trägt und weiterbildet in oft wunderbarer und unbegreiflicher weise, ire wege vorschreiben zu wollen, auf dafs si nicht irre, endlich aber wird er gerade, der recht historisch zu verfaren meint, wen er möglichst den zusammenhang mit der alten form zu waren sucht, recht unhistorisch, indem er di lautveränderungen, di eine sprache in doch immerhin interessanter weise wirklich vollzogen hatte, als nicht geschehen und unbeachtenswert betrachtet.

Wo also aussprache und schrift übereinstimmen, ist keine veränderung vorzunemen.

Das etymologische princip hat nur da eine berechtigung, wo aussprache und schreibung schwanken. da man gebirge und gebürge spricht, sprichwort und sprüchwort, hat man etymologisch richtiger gebirge und sprichwort zu schreiben, wo sich bald äu bald eu geschriben findet, ist besser das leztere zu wälen, also teuschen, leugnen, greulich, verleumden stat täuschen, läugnen etc. zu setzen (durchgängig eu zu schreiben, was sich aus praktischen gründen empföle, scheint mir zu hart zu sein), wo die schreibung zwischen ä und e schwankt, neme man e, also eltern, emsig, ernten, stat ai möglichst ei, also heide, getreide, weizen etc. da ein ai in der neuhochdeutschen aussprache gar nicht vorhanden ist, so hat es in der schrift auch keine berechtigung. nur in den dialecten findet es sich.

Di reform unserer orthographie kan sich nach dem bisher gesagten unmöglich auf eine andere, bessere bezeichnung der laute bezihen. ire aufgabe ist vilmer di, di quantität, di unglüklicherweise stat durch besondere zeichen durch buchstaben ausgedrükt worden ist, zu regeln. das ist der angelpunkt, um den sich die meisten, hir einschlagenden untersuchungen zu drehen pflegen.

Wen wir es überhaupt als einen übelstand bezeichnet haben, di quantität durch buchstaben auszudrücken, so ist es geradezu ein unsin zu nennen, si durch consonanten bezeichnen zu wollen, also die kürze durch verdoppelung des folgenden consonanten wi in 'rann, schiff, schmuck'. Was Rud. v. Raumer hirgegen (zeitschrift für d. gymnasialwesen v. Bonitz, Jacobs, Rühle, XXIII. Januar 69.) vorgebracht hat, gestehe ich nicht begriffen zu haben, dafs man bei einem nachdrüklich gedenten 'gut' auf dem u, in dem worte 'schut', wen es in hervorhebender weise gesprochen werde, nicht auf dem u, sondern auf dem t anhalte. Ja, dafs man nicht auf dem u in 'schut' anhält, ist richtig, dadurch wird eben das u kurz, aber das t in 'schut' klingt in meinem or nicht länger als das in 'gut'.

Für den doppelconsonanten also, der nicht auszusprechen ist und bisher zur bezeichnung des vorangehenden kurzen vocals gebraucht wurde, ist der einfache consonant zu setzen: sol di quantität ausgedrükt werden, so kan dis vernünftiger weise nur am vocal selbst geschehen.

Di länge des vocals zu bezeichnen, benuzt man in der jetzigen orthographie dreierlei mittel: das h bei allen vocalen, das e beim i, di verdoppelung bei a, e, o. Von disen drei mitteln ist das lezte noch das rationelste, den eine steigerung durch verdoppelung auszudrücken, ist in der sprache ein gewönliches mittel. unpraktisch, weil umständlich, ist es in der orthographie auf jeden fal.

Im grofsen und ganzen gehen die reformbestrebungen jezt dahin, alle drei mittel als verwerflich aufzugeben. Nur die etymologen wollen das h und e in den wörtern beibehalten wissen, wo si in früherer zeit wirkliche laute gewesen und nur jezt durch di entwickelung der sprache verstumt sind. Bei dem h kommen solche wörter in betracht wi 'gemahl, zähre, ähre, zehn'. Es ist offenbar, dafs hirbei der zwek der schrift gänzlich aus dem auge gelassen ist: diselbe wil die laute einer sprache, so wi si zu einer gewissen zeit die gedanken widerspigeln, möglichst deutlich vergegenwärtigen, und zwar dint si nicht blofs einem engern kreise des volkes, dem gebildeten oder gar nur dem gelerten, der mit interesse di lautentwickelung verfolgt und dise, wo es get, in der schrift anzudeuten sucht, sondern dem gesamten volk, das aber für eine weitere perspective in eine verschwundene herlichkeit weder ein interesse hat noch auch haben kan. Man hat aber ferner widerum in alzugrofser vorlibe für das alte und scheinbarem historischen interesse den wirklichen, historischen entwickelungsprocefs der sprache volkommen aufser acht lassen zu können gemeint. Wi schon das mittelhochdeutsche stahel in stâl, slahen in slân, so zog das neuhochdeutsche zähere in zäre, gemahel in gemāl, zehen in zēn etc. zusammen. da nun bekantlich bei derartiger contraction in allen sprachen di consonanz ausfält, hir also das h, so ist, denke ich, wil man eben das neuhochdeutsche richtig schreiben, das h in den oben angefürten wörtern und änlichen zu streichen. änliche contractionen im mittelhochdeutschen sind gegen — gên oder gein, habest — hâst, haben — hân, lâzen — lân, und in den heutigen dialecten finden sich zallose. cf. sât aus saget, krîn aus krigen etc.

Umgekert hat sich im neuhochdeutschen in manchen wörtern eine zerdenung eingestelt. aus dem mittelhochdeutschen gên ward gehen, aus stên — stehen, ê — ehe, êrin — ehern etc. Wir gebrauchen jezt für di drei ersten wörter beide formen. daraus folgt, dafs gehn, stehn, eh (das lezte findet sich meist mit dem apostroph) zu schreiben volständig falsch ist: entweder gen oder gehen, er get oder er gehet etc.

Es ist nun ersichtlich, dafs uns wi den meisten culturvölkern di fähigkeit, das h hervorzubringen, zu schwinden anfängt. di Franzosen haben es gar nicht mer in irer sprache, bei uns ist es deutlich hörbar nur noch am anfang des wortes, wärend es in der mitte desselben zwischen zwei vocalen bereits nur mit einer gewissen anstrengung und mit bestimtem bewustsein hervorgebracht wird. bei gewönlicher aussprache wird in kü-he, fli-hen nur kü-e, fli-(e)n gehört. diser lautzustand kan natürlich bei einer verbesserung der orthographie, bei

der weit anderes zu tun ist, nicht berüksichtigt werden. wird aber das h in kühe, flihen, wi billig, geschriben, so mufs man es, um den zusammenhang der formen nicht aufzuheben, selbst gegen das phonetische princip auch da, wo es absolut nicht gehört werden kan d. h. am ende des wortes oder in der mitte bei folgendem consonanten beibehalten, also in kuh, floh, fliht etc. Wen endlich etymologen sogar in 'befelen, före, möre' nach dem vocal der stamsilbe ein h einschiben, das aus der folgenden silbe übergesprungen sei (cf. befel-hen, vor-he, mor-he), so ist dise ansicht, wen man bedenkt, dafs dasselbe h, welches in der mitte der wörter so gut wi verschwunden ist, nun sogar di kraft haben sol, sich in andere silben vorzudrängen, fast ergözlich und nur aus der libe zu erklären, di mit recht blind genant wird.

Was in bezug auf das h gilt, mufs im wesentlichen auch auf das e, das nach i gesezt wird, seine anwendung finden. Dasselbe sol in den wörtern, in denen es das mittelhochdeutsche zeigt, also solchen, di auf eine wurzel mit dem vocal u zurükzufüren sind und in den reduplicirten perfecten erhalten bleiben. cf. lieb, hieb, rief etc. Welche mühe damit der das schreiben erlernenden jugend gemacht wird, welche di einzelnen wörter, in denen ein altes ie gestanden hat, sich einprägen mufs one alle erkentnifs des grundes, wi sofort di heilloseste verwechselung zwischen den wörtern mit i und denen mit ie entstet, braucht ja bei solchem verlangen, das di wissenschaft stellen zu müssen meint, nicht beachtet zu werden. dafs aber das ie in i contrahirt sei und nun dis zu recht bestehende verhältnifs vor allem anspruch auf anerkennung hat, ward völlig ignorirt. Warum gefält es den aber nicht 'grüfsen, grün, güte' auch mit dem liben e zu schreiben, das dise wörter ehemals hatten, also grüefsen, küen, güete? etwa weil in disem falle das neuhochdeutsche di contraction consequent durchgefürt hat, oder folgt nicht daraus, dafs wir diselbe consequenz hinsichtlich des ie zu üben haben? Und ist nicht hir das mittelhochdeutsche mit dem besten beispil vorangegangen und hat selbst schon da das e, wo es sich zu verliren began, in der schrift getilgt, so dafs sich neben sie schon si, neben nieht — niht findet?

Di regeln, di sich aus dem gesagten ergeben, lauten:

I. Jedes h in der mitte eines wortes, das nicht ausgesprochen werden kan und das bisher als denungsmittel gebraucht wurde, ist zu streichen. hiran schlifse ich sogleich di regel: jedes h nach t, das wol von nimand mer verteidigt wird und gegen das ein almälicher vertilgungskrig bereits begonnen hat, ist verwerflich.*)

II. Jedes ie ist in i zu verwandeln.

III. Di bezeichnung der länge durch di verdoppelung des vocals fält weg.

*) In wörtern wie orthographie, apostroph, symphonie d. h. in solchen, di einer andern sprache angehören und denen man am accent iren fremdländischen ursprung noch anmerkt, lasse ich th, ph und ie bestehen. man mag inen auch in der schrift jene signatur lassen.

Es frägt sich nun: sol di quantität durch besondere zeichen gegeben werden? Schon Schleicher hat darauf hingewisen, dafs in disem falle keine passendere art und weise gefunden werden könne als di in mittelhochdeutschen texten belibte, nämlich di länge durch ein ^ auszudrücken. So würde sich ser deutlich unterscheiden: 'er stâl' von 'der stal', 'der mônd' von 'blond', 'bânte' von 'bante' etc. Allein mit recht hat man an anname dises zeichens in der orthographie gezweifelt. So blibe nun zu überlegen, ob di quantitätsbezeichnung überhaupt nötig ist, ob wir nicht Zacher beistimmen können, der in dem auf der Philologenversammlung zu Halle (67) gehaltenen vortrage über deutsche rechtschreibung den saz aufstelt: 'di lebende deutsche sprache bedarf der quantitätsbezeichnung so wenig, als di lebende lateinische irer bedurfte.

Ehe wir hirauf näher eingehen, sei es erlaubt, auf den wert der jetzigen orthographie hinzuweisen, wi es R. v. Raumer so eindringlich getan hat. 'Es hat nicht wenig mühe gekostet', sagt er, 'der neuhochdeutschen schriftsprache einen im wesentlichen gleichmäfsigen vocalismus zu verschaffen und disen vocalismus als gebildete gemeinsprache über das ganze gebit der deutschen sprache zu verbreiten. Woran erkent man den, dafs man in gebildeter gemeinsprache nicht sagen darf vatter und mūter, sondern vāter und mutter? Di organische entwickelung der laute fordert das gegenteil und in einem nicht geringen teil Deutschlands sind auch di gebildeten geneigt, diser organischeu lautentwickelung sich hinzugeben. Aber di unangefochtene schreibung vater und mutter sagt inen, dafs in der gebildeten gemeinsprache das lange a in vater und das kurze u in mutter den sig davon getragen haben'. Und an einer andern stelle: 'Der bei allen neuen festsetzungen nnd änderungen unserer rechtschreibung zuerst in betracht kommende gesichtspunkt ist, dafs di in der hauptsache vorhandene übereinstimmung der deutschen rechtschreibung nicht wider zerrissen werde. Auch eine minder gute orthographie, wofern nur ganz Deutschland darin übereinstimt, ist einer volkommeneren vorzuzihen, wen dise volkommenere auf einen teil Deutschlands beschränkt bleibt und dadurch eine neue und keineswegs gleichgültige spaltung hervorruft'.

Ist eine reform demnach nicht ein freventliches unternemen, heifst nach R. nicht am alten ändern so vil als den particularismus wider in die schrift einfüren, di einheit wegen der opfer, di si heischt, wider zu grabe tragen? Fürwar, wen es so stände, so wäre es undeutsch und unpatriotisch, auch den gedanken einer änderung nur zu hegen.

